178

in amicorum numero esset is mihi, neque Regnorum vestrorum neque hujus Reipublicæ ratio passa est. quod felix, faustum ac perpetuum sit, deferbuit ille æstus, et ut voveo speroque, amantium ira amoris redintegratio erit. Redeo itaque ad vos eodem vultu atque animo, quo ante non solos tres, sed et penè quinquaginta annos Oxonios colles salutavi. Accipite rogo constantis amicitiæ leves tesseras, quando hoc voluistis, par est quid intrivistis, etiam vos exedere. Mihi non exiguum operæ pretium erit, in turbâ tot insignium virorum vestrâ autoritate censeri; nisi quidem vos oblati loculi in illo Theatro tandem cœperit pœnitere; quod si factum est, quæso et obtestor per candorem vestrum ne id latere sinatis. Juvenem hunc meum è sorore nepotem, qui his munusculis passus est se onerari. Non gravabitur autori reportare, si quid vobis agnoverit minus gratum esse. Ipsum interea vestræ omnium comitati ex animo commendo. Tuæ imprimis, Mi Wallisi, et excellenti Collegæ Bibliothecario vestro. Gestit in magnorum Virorum amicitias et consortia admitti. et, si qua fides Avunculo, suâ virtute, doctrinâ, morumque suavitate ac modestiâ invenietur illis non indignus. Vale vir maxime et me ama, quasi nunc ex postliminio. Scrib: Hagæ Com: Calendis nostris Quintilibus CIϽIϽCLXIIX.

Schurmannæ

Nobilissima Domina. (508).

Si quid tibi in me fiduciæ est, scribe tui gregis hanc. Matrona est Pietate, natalibus illustris. Uxor Berckhofferi Viri eruditi, Castri Arausionensis vice præfecti. Noluit è Belgio discedere te insalutatâ Belgii præcipuo ornamento; hâc solâ de causâ ad vos excurrit, dum se itineri accingit pastor Ecclesiæ Gallicæ Delphensis, quo comitata Genevam, ni fallor, inde Arausium profectura est. de formâ, virtute, facundiâ, modestiâ elegantissimæ mulieris nihil addo: tute perspicies, neque verò momentum otii suppetit valdè in præsentiâ distracto. Vale nostrum decus et ama semper tuum.

13. Junii 1669.

Schurmannæ.

Nobilissima Domina (509).

Quæ me dicebam de voce gestuque oratorum nostrorum lusisse, et eâ quam odi cane pejus et angue, ineptissimâ in

in sacris affectatione, hic habes, quando non ingratam eor
lectionem habitura videbaris. Addo Tabellam Netschart
nostri, cujus artificio magis delectaberis; accedit ejusde
ectypum a manu primogeniti mei, et ab eâdem sora
ejus, unica mea tui sexûs, item Anglicae (cuiusdam vultus ad insign
exemplar Dyckii. denique et Christiani, sive ut vocari
Archimedis mei, effigies Annae Bergerottae eximiae Mu
Romanae, quam Lutetiae saepenumero admirati sumu
nec non Osmaliae, quae nunc Amersforti vivit. Re
nam Magnae Britanniae, quae nunc anus pene decrep
procul ab istâ formâ est, pinxit egregius olim artife
Hoskins, quem ante annos quadraginta et quod excurr
Londini novi, alteram etiam nobilem Anglicanam duo
cim tum liberorum matrem. Ecce capsulas meas e
cussi, ut momento te oblectes, ubi a gravioribus studii
lassula surrexeris, nimirum a commercio tot literarum
quibus te fatigat orbis universus. De singulis hisce, qu
sentias, quod commodo tuo fiat, gaudebo scire. Vale
nostrum decus. Hagae Com: VI. D: Sept. 1669.

Addictissimus tibi.

Schurmannae

Nobilissimae Dominae
Annae Mariae a Schurman

(510)

C. H.

Obstupui, nobilissima virgo, et erubui, cum hoc Poem
tium, cujus praecipuè cupida videbaris, neglexisse me
reperi fasciculo nuper misso includere. Ignosce, prec
culpae non maximè supinae. Interpellantium ami
rum qui tum fortè circumstabant, garrulitate com
missa fuit. Vale IV. Id. Sept. CIƆIƆCLXIX.

Gronovio.

Amplissime ac Doctissime vir.

(511)

Capelani nostri quod vides Epistolium pertulit ad me Arch
des meus, quem è Galliâ et gravi morbo reducem, salvum
hic Dei gratiâ sanumque possideo, summâ meâ voluptat
et gaudio, cujus te participem fore non ausim dubitare
A. Gellium si inter membranas meas repertus fuisset, ill
misissem. non fuisse, et Reipublicae literariae, et meâ prae
causâ doleo, quod hanc occasionem tibi tanto amico gra
candi occupare non contigerit. cujus rei quod solo silent
indicium fecerim, non te inscitiâ literarum mearum ob
dendo certus sum te in bonam partem accepturum. Val
vir summe, et me amare nunquam desine. Hagae
XVII. Kal. Octob. CIƆIƆCLXX.

Clarissimo